



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

De Fine & Scopo horum Exercitiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

ad Scopum Meditationum pro singulis hebdomadij  
Ignatio assignatarum erui potest, ut ex paradigmate  
assignandis patebit.

Tres itaque diversæ præscriptiones materialium  
Octiduano secessu assignabuntur. Prima ipsam S. Ignatii  
fionem in libello Exercitiorum assignatam, & statu  
dotali accommodatam servabit. Altera Meditatione  
statum Sacerdotalem directè ordinatas continebit. Te  
pro singulis Meditationibus Parabolam aliquam Evangel  
cam aut aliam similem assumet.

## DIVISIO I.

**PRO OCTIDUANO SECESSU III.**  
**NORMA A S. IGNATIO ASSIGNA**  
**TAM FACTA.**

**M**erito hæc divisio aliis omnibus præfertur, utpon  
præ cæteris apta videtur, non ad præfixum du  
Exercitiis Scopum referendum, sed ipsum etiam Systema  
Meditationum, quas S. Ignatius in libello Exercitiorum  
præscripsit, connexionem demonstrandam. Quare ipsa  
primis Meditationes propriis S. Patris, quantum fieri posse  
verbis proponam, varias tamen iisdem notas subiungam,  
quibus, parfim quid circa singulas observandum sit, si  
am; partim quomodo illius materia cum præcedentibus  
hæreat, demonstram.

Meditatio proœmialis pridie Exercitiorum  
peragenda.

*De Fine & Scopo horum Exercitiorum.*

## Punctum I.

Considera 1. quis sit Scopus Exercitiorum tuorum,  
crastina die auspiciaturus es; nimirum ut anima tua  
imago DEI per varias imperfectiones, peccata, & neglig  
tias obscurata renovetur, pristinoque decori restituatur.

Considera 2. quam necessaria tibi sit hæc renovatio;  
non imago animæ tuae usque adeo ob tepidam vitam  
sit deformata, ut meritò cum admiratione quæri possit.

Jus est imago hæc ? DEI, an Dæmonis ? Christi, an Mundi ? Considera 3. an non meritò Ecclesia velut Mater tua in solitudinem istam te ducat, & in uterum suum iterum recipiens illis 8. Pauli 4. ad Gal. verbis te alloquatur : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Stude proin hanc sollicitudinem Mattis tuæ dilectissimæ agnoscere, atque, ut finem suum obtineat, totis viribus cooperari. Colloquium ad S. Carolum Borromæum, S. Ignatium, aliosque electos Patronos tuos, rogando, ut pro felici Exercitiorum successu efficacem gratiam impetrare dignetur.

## Punctum II.

III. Considera 1. Quid requiratur ad renovationem cuiusdam imaginis, nimisrum sequentia tria capita 1. Ut pulvres imagini adhaerentes abstergantur. 2. Ut colores detriti aut offuscati, novis coloribus obducantur. 3. Ut velum, quo pulveres deinceps arceantur, appendatur. Considera 2. Quàm aptè hæc tria officia pro Spirituali renovatione Animæ tuæ per exercitia Spiritualia præstentur; quid enim aliud per viam purgativam intendunt, nisi ut pulveres culparum animæ adhaerentium per veram contritionem & confessio- nem, variaque conscientiae Examina, aliaque Satisfactoria opera abstergantur ? quid aliud per viam illuminativam querunt, quàm ut novi virtutum colores ex imitatione Christi petitæ menti per neglectum virtutis ac fervoris Studium inveteratae obducantur ? quid aliud per viam unitivam obtainere desiderant, quàm ut per ardensem DEI amorem, firmissimamque cum illo unionem velut apertissimum velum omnes subsequentium culparum pulveres arceantur. Considera 3. Quàm alacriter proin & libenter hæc Exercitia suscipere, atque ad finem usque magna cum constantia continuare debeas. Colloquium ad SS. Cœli Reginam, demissè rogando, ut sicut ipsa se Auctricem horum Exercitiorum fuisse S. Teresiæ confessæ est, ita tibi quoque, ut optatum ex iis successum referas, autrix esse dignetur.

## Punctum III.

Considera 1. Quibus mediis Pictores ad renovandam aliquam imaginem uti soleant. An non aptos sibi colores

Instru. VIII.

H

præ-

præparant? an non solitarium locum, quo à distractione  
defendantur eligunt? an non de apto sibi Magistro au-  
rectore prospiciunt? an non oculos accuratè & assidu-  
Directorem, aut imaginem, aut Prototypon reflectum  
dirigunt?

Considera II. Quàd magis tu has omnes induc-  
& conatus pro renovatione tuæ imaginis adhibere debes:  
ut cui ultrò tam copiosa exordem occasio offeratur.

Considera III. Quomodo non modò in solitudinem  
cum magno desiderio secedere, omnèsque alias curas  
cere, sed etiam omnes industrias, quæ à S. Ignatio, aliis  
Ascetis ad hunc finem præscribuntur, magna cum sedi-  
te, constantiaque adhibere velis. Colloquium ad Chri-  
togram, ut, sicut ipse hunc secessum verbo & exem-  
puit, ita efficacem quoque pro illo ritè continuando  
largiri dignetur.

### *Materia Lectionis.*

I. Et si hæc exercitia potissimum ad veram sui notitiam  
reformationem ordinata sint, atque adeò primum semper  
sæcas Exercitationes locum meditatio habere de-  
rectè tamen directorium ( quo nomine liber à Societas  
su compositus, & modum exercititia spiritualia cum  
fructu faciendi docens intelligitur ) cap. 21. n. 1. mo-  
teliùs durare possit is, qui exercetur, expedire, ut deu-  
aliqua relaxatio in horis meditandi, eoque tempore,  
in meditationibus liberum habet, liber aliquis legendus  
tur, qui pietatem potius nutriat, quam intellectum no-  
tibus exerceat; quicunque aptus & opportunus sit ad illumina-  
tum, vel finem, qui per exercitia queritur, gignendus  
Quin etiam monendum est ( ait idem Directorium cap. 21. )  
& docendus, ut ipsam lectionem dirigat ad meditationem  
nimis non legendo cursim aviditate sciendi & videan-  
da, sed immorando, & perpendendo accuratè, quæ legi  
intrando in eosdem affectus.

II. Sed & illud cavendum ( ut rectè ibidem n. 6. mo-  
tetur ) ne vel legendi, vel scribendi dulcedine ita se quippe  
distineri sinat, ut tempus eripiatur meditationi aut pra-  
parationi ad meditationem. Semper enim aliquanto  
meditationem debet omnia relinquere, & omnino suam